fectum desursum est, descendens a Patre luminum. Jac. I, 16.

Dona: *multipliciter ordinantur.*— Sicut enim homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem. Matth. XXV, 14. Luc. XIX, 12.

Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. I, Cor. VII, 7.

Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Ibid. XII, 7.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, etc. Ephes. IV, 11.

Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. I, Petr. IV, 10: Rom. XII, 6.

Dona: *utiliter operantur.*—Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Psal. CX, 10.

Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebit in æternum. Eccli. XI, 17.

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Matt. XXV, 16.

Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Ibid. XXV, 21. Luc. XIX, 12.

Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: et cui commendaverunt multum, multum plus petent ab eo. Luc. XII, 48.

(1) Jesucristo.

perfecto es de lo alto, que desciende del Padre de las lumbres. San. Ep. cap. I, v. 16 y 17.

Dones: *son repartidos providencialmente.*— Porque asi es como un hombre que al partirse lejos, llamó á sus siervos, y les entregó sus bienes; y dió al uno cinco talentos, y al otro dos, y al otro dió uno, á cada uno segun su capacidad. Mat. cap. XXV, v. 14 y 15. Luc. cap. XIX, v. 12.

Mas cada uno tiene de Dios su propio don: el uno de una manera, y el otro de otra. Pab. Ep. I, Cor. cap. VII, v. 7.

Y á cada uno es dada la manifestacion del Espíritu para provecho. Pab. Ep. I, Cor. cap. XII, v. 7.

Y el mismo (1) dió á unos ciertamente Apóstoles, etc. Pab. Ep. Efes. cap. IV, v. 11.

Cada uno, segun la gracia que recibió, comuníquela á los otros, como buenos dispensadores de la gracia de Dios, que es de muchas maneras. Ped. Ep. I, cap. IV, v. 10. Ep. Rom. cap. XII, v. 6.

Todos los que se ejercitan en él tienen buen entendimiento. Salm. CX, v. 10.

El don de Dios permanece en los justos, y el adelantamiento de él tendrá siempre buen suceso. Eclo. cap. XI, v. 17.

El que habia recibido los cinco talentos, se fué á negociar con ellos, y ganó otros cinco (2). Mat. cap. XXV, v. 16.

Su señor le dijo: Muy bien, siervo bueno y fiel; porque fuiste fiel en lo poco, te pondré sobre lo mucho, entra en el gozo de tu señor. Mat. cap. XXV, v. 21. Luc. cap. XIX, v. 12.

Porque á todo aquel, á quien mucho fué dado, mucho le será demandado; y al que mucho encomendaron, mas le pedirán. Luc. cap. XII, v. 48.

(2) Parábola de los talentos.

E.

TITULUS I.

EBRIETAS. Vide *etiam* Gula et Jejunium.— Bibensque vinum inebriatus est, et nudatus jacuit in tabernaculo suo. Gen. IX, 21.

Veni inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus, ex patre nostro semen. Ibid. XIX, 32 et 35.

Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras. Lev. X, 9.

Mansit Urias in Jerusalem in die illa et altera: et vocavit eum David, ut comederet coram se, et biberet, et inebriavit eum. II, Reg. XXI, 12: I, Reg. XXV, 36.

Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Observate, cum temulentus fuerit Amnon vino, ex dixero vobis: Percutite eum, et interficete: nolite timere: ego enim sum qui

(1) Noé.

TITULO I.

EMBRIAGUEZ. Véase Gula, Abstinencia y Ayuno. — Y bebiendo vino (1) se embriagó, y quedó descubierto en medio de su tienda. Gén. cap. IX, v. 21.

Ven (2), embriaguémosle con vino, y durmamos con él, para que podamos conservar sucesion de nuestro padre. Gén. cap. XIX, v. 32.

Dijo tambien el Señor á Aaron: Vino, y todo lo que puede embriagar, no bebereis tú ni tus hijos, cuando entreis en el Tabernáculo del testimonio, porque no murais: por cuanto es precepto perpétuo para vuestras generaciones. Lev. cap. X, v. 8 y 9.

Permanecció Urias en Jerusalem dos dias: y le llamó David para que comiese y bebiese en su compañía, y se embriagó. Re. lib. II, cap. XXI, v. 12: lib. I, cap. XXV, v. 36.

Y habia dado órden Absalon á sus criados, diciendo: Estad alerta, cuando Amnon estuviere tomado del vino y os dijere: Heridle, y matadle, no temais: que yo soy el que os lo

(2) Dijo á su hermano, la hija de Lot.

præcipio vobis: roboramini, et estote viri fortes. Reg. xiii, 28.

Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Prov. xx, i, 3. Reg. xx, 16.

Noli esse in conviviis potatorum, nec in commestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, et dantes symbola, consumentur. Ibid. xxiii, 20.

Cui væ? cujus patris væ? cui risæ? cui foveæ? cui sine caussa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? Ibid. xxiii, 29.

Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber et sicut regulus venena diffundet. Ibid. xxiii, 31.

Oculi tui videbunt extraneas: et cor tuum loquetur perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo: et dices: Verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt me et ego non sensi: quando vigilabo, et rursus vina reperiam. Ibid. xxiii, 33.

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum et pinguia non ditabitur. Ibid. xxi, 17. Sap. ii, 7.

Noli regibus, o Samuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Ibid. xxxi, 4.

Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos. Eccli. xix, 2.

Vinum in jucunditatem creatum est, et non in ebrietatem ab initio. Ibid. xxxi, 35. Ps. ciii, 15.

(1) En la embriaguez.

mando: esforzaos, y sed hombres de valor. Re. lib. ii, cap. xiii, v. 28.

Lujuriosa cosa es el vino, y la embriaguez tumultuaria: cualquiera que se deleita en estas cosas, no será sabio. Prov. lib. xx, v. 1. Re. lib. iii, cap. xx, v. 16.

No quieras hallarte en los convites de los bebedores, ni en los banquetes de aquellos que llevan el escote de carne para comer juntos. Porque pasando el tiempo en beber y en dar escotes, se consumirán. Prov. cap. xxiii, v. 20 y 21.

¿A quién el ay? ¿á qué padre el ay? ¿á quien las rencillas? ¿á quien los precipicios? ¿á quien las heridas sin causa? ¿á quien el enturbiarse los ojos? ¿Acaso no son para aquellos, que se detienen largo tiempo en el vino, y ponen su placer en agotar copas? Prov. cap. xxiii, v. 29 y 30.

No mires al vino cuando rojea, cuando resplandeciere su color en el vidrio: él entra blandamente. Mas al fin morderá como culebra, y derramará veneno como basilisco. Prov. cap. xxiii, v. 31 y 32.

Verán tus ojos (1) mujeres agenas, y hablará tu corazon cosas perversas. Y serás como quien duerme en medio del mar, y como piloto adormecido, perdido el timon, y dirás: Me azotaron, y no me dolió; me arrastraron, y no lo sentí: ¿cuándo despertaré, y hallaré otra vez vinos? Prov. cap. xxiii, v. 33, 34 y 35.

Quien ama banquetes, en pobreza será: quien ama el vino y el buen bocado, no se enriquecerá. Prov. cap. xxi, v. 17. Sab. cap. ii, v. 7.

No quieras, oh Samuel, no quieras dar vino á los reyes: porque no hay ningun secreto en donde reina la embriaguez. Prov. cap. xxxi, v. 4.

El vino y las mujeres hacen apostatar á los sabios, y reprenderán á los cuerdos. Eclo. cap. xix, v. 2.

El vino desde el principio fué criado para regocijo, y no para embriaguez (2). Eclo. cap. xxxi, v. 35. Salm. ciii, v. 15.

(2) Aquí se ve ser lícito el uso moderado del vino.

Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est adjiciet vitam. Eccli. xxxvii, 34.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis. Isa. v, 11.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ibid. v, 22.

Venite, sumamus vinum, et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius. Ibid. lvi, 12; et xxii, 13: i, Cor. xv, 32.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus: et manum egeno et pauperi non porrigebant. Ezech. xvi, 49. Gen. xix, 24.

Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor. Oseæ, iv, 11.

Expergiscimini ebrii, et flete, et ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro. Joel. i, 5.

Vinum potantem decipit. Habac. ii, 5.

Porro Holofernes jacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Judith, xiii, 4.

Accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, et pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exsolvit. Ibid. xiii, 8.

Et abscidit caput ejus. Ibid. xiii, 10.

Et cum inebriatus esset Simon (*Senex*) et filii ejus, surrexit Ptolomæus cum suis, et sumpserunt arma sua, et intraverunt in convivium, et occiderunt eum, et duos filios ejus et quosdam pueros ejus. i, Mach. xvi, 16.

Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis

(1) Le pervierten.

Por el mucho comer murieron muchos: mas el que es sóbrio prolongará la vida. Eclo. cap. xxxvii, v. 34.

¡Ay de los que os levantais de mañana para seguir la embriaguez, y beber hasta la noche, hasta abochornaros el vino. Isa. cap. v, v. 11.

¡Ay de vosotros los que sois valientes para beber vino, y varones esforzados para escanciar embriaguez. Isa. cap. v. v. 32.

Venid, tomemos vino, y llenémonos de embriaguez; y será como hoy, así tambien mañana, y mucho mas. Isa. cap. lvi, v. 12; cap. xxii, v. 13: Ep. i, Cor. cap. xv, v. 32.

Mira, esta fué la maldad de Sodoma, tu hermana: la soberbia, la hartura de pan, y la abundancia, y la ociosidad de ella y la de sus hijas: y no alargaban la mano al necesitado y al pobre. Ezeq. cap. xvi, v. 49. Gén. cap. xix, v. 24.

La fornicacion, y el vino, y la embriaguez quitan el corazon (1). Ose. cap. iv, v. 11.

Despertaos, ébrios, y llorad, y ahullad, todos los que bebeis vino con gusto: porque fué quitado de vuestra boca. Joel. cap. i, v. 5.

Engaña el vino al que lo bebe. Abac. cap. ii, v. 5.

Y Holofernes estaba tendido en la cama, profundamente dormido, por el mucho vino. Judit, cap. xiii, v. 4.

Llegóse (2) al pilar, que estaba á la cabecera de la cama de Holofernes, y desató el puñal, que atado colgaba de él. Judit, cap. xiii, v. 8.

Y le cortó la cabeza. Judit, cap. xiii, v. 10.

Y cuando Simon (anciano) y sus hijos, se hubieron regocijado, se levantó Ptolomeo con los suyos, y tomaron sus armas, y entraron en la sala del banquete, y mataron á Simon y á sus dos hijos, y á algunos de sus criados. Mac. lib. i, cap. xvi, v. 16.

Mirad, pues, por vosotros; no sea que vuestros corazones se carguen de glotonería

(2) Judit.

hujus vitæ: et superveniat in vos repentina dies illa. Luc. xxi, 34.

Sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione. Rom. xiii, 13.

Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. i, Cor. vi, 10. Idem Gal. v, 21.

Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino. Ephes. v, 18.

Et qui ebrii sunt, nocte ebris sunt. i, Tess. v, 7.

Ebrietas: *iram Dei provocat.*—Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis. Isa. v, 11.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ibid. v, 22. Dan. v, 2.

Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephrain, et flori decidenti, gloriæ exultationes ejus, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes a vino. Ibid. xxviii, 1.

Expergiscimini ebrii, et flete, et ullulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro. Joel. i, 5.

Neque fures, neque avari, neque ebriosi... regnum Dei possidebunt. i, Cor. vi, 10.

Ebrietas *mentem alienat.*— Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet. Prov. xxiii, 31.

Vinum et mulieres apostatare faciunt sa-

y de embriaguez, y de los afanes de esta vida, y que venga de repente sobre vosotros aquel dia. Luc. cap. xxi, v. 34.

Caminemos como de dia, honestamente: no en glotonerías y embriagueces, no en sensualidades y disoluciones, no en pendencias ni envidia. Pab. Ep. Rom. cap. xiii, v. 13.

Ni los ladrones, ni los avaros, ni los dados á la embriaguez, ni los maldicientes, ni los robadores poseerán el reino de Dios. Pab. Ep. i, Cor. cap. vi, v. 10. Ep. Gal. cap. v, v. 21.

Y no os entregueis con esceso al vino, en el que hay lujuria: mas llenaos de Espíritu Santo, hablando entre vosotros mismos en salmos, y en canciones espirituales, cantando y loando al Señor en vuestros corazones. Pab. Ep. Efes. cap. v, v. 18 y 19.

Y los que se embriagan, de noche se embriagan. Pab. Ep. i, Tes. cap. v, v. 7.

Embriaguez: *provoca la ira de Dios.*—¡Ay de los que os levantais de mañana, para seguir la embriaguez, y beber hasta la noche, hasta abochornaros el vino. Isa. cap. v, v. 11.

¡Ay de vosotros los que sois valientes para beber vino, y varones esforzados para escanciar embriaguez. Isa. cap. v, v. 22. Dan. cap. v, v. 2.

¡Ay de la corona de soberbia de los embriagados de Efrain, y de la flor caduca, de la gloria de su alegría, de los que estaban en la cumbre del valle muy fértil, desatentados por causa del vino. Isa. cap. xxviii, v. 1.

Despertaos, ébrios, y llorad, y aullad, todos los que bebeis vino con gusto: porque fue quitado de vuestra boca. Joel. cap. i, v. 5.

Ni los ladrones, ni los avaros, ni los dados á la embriaguez, poseerán el reino de Dios. Pab. Ep. i, Cor. cap. vi, v. 10.

Embriaguez: *perturba el entendimiento.*—No mires al vino cuando rojea, cuando resplandeciere su color en el vidrio: él entra blandamente; mas al fin morderá como culebra, y derramará veneno como basilisco. Prov. cap. xxiii, v. 31 y 32.

El vino y las mujeres hacen apostatar á los

pientes, et arguent sensatos. Eccli. xix, 2.

Verum hi quoque præ vino nescierunt, et præ ebrietate erraverunt: sacerdos et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium. Isa. xxviii, 7.

Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor. Oseæ. iv, 11.

Ebrietas: *ad libidinem incendit.*—Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Prov. xx, 1.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu Sancto, etc. Ephes. v, 18.

Ebrietas: *facultates dissipat.*— Operarius ebriosus non locupletabitur; et qui spernit modica paullatim decidet. Eccli. xix, 1.

Ebrietas: *secretum detegit.*—Noli regibus, o Samuel, noli regibus dare vinum: nullum secretum est, ubi regnat ebrietas. Prov. xxxi, 4. Eccli. xxvi, 11.

Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, et inebrians, ut aspiciat nuditatem ejus. Habac. ii, 15.

Ebrietas: *ad furorem et rixas excitat.*—Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumqui his delectatur non erit sapiens. Prov. xx, 1.

Cui væ? cujus patri væ? cui risæ? cui fovæ? cui sine caussa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? Ibid. xxiii, 29.

Vinum multum potatum, irritationem, et iram, et ruinas multas facit. Eccli. xxxi, 38.

Ebrietatis animositas, imprudentis offensio

sabios, y reprenderán á los cuerdos. Eclo. cap. xix, v. 2.

Mas aun estos á causa del vino no entendieron, y á causa de la embriaguez anduvieron desatentados; el sacerdote y el profeta no entendieron á causa de la embriaguez; trastornados fueron del vino; se desatentaron con la embriaguez; no conocieron al vidente, ignoraron la justicia. Isa. cap. xxviii, v. 7.

La fornicacion, y el vino, y la embriaguez, quitan el corazon. Ose. cap. iv, v. 11.

Embriaguez: *enciende la concupiscencia.*—Lujuriosa cosa es el vino, y la embriaguez tumultuaria: cualquiera que se deleita en estas cosas, no será sabio. Prov. cap. xx, v. 1.

No os entregueis con esceso al vino, en el que hay lujuria; mas llenaos de Espíritu Santo. Pab. Ep. Efes. cap. v, v. 18.

Embriaguez: *disipa los bienes.*—El operario dado al vino, no se enriquecerá; y el que desprecia las cosas pequeñas, poco á poco caerá. Eclo. cap. xix, v. 1.

Embriaguez: *descubre los secretos.*—No quieras, oh Samuel, no quieras dar vino á los reyes: porque no hay ningun secreto en donde reina la embriaguez. Prov. cap. xxxi, v. 4. Eclo. cap. xxvi, v. 11.

¡Ay del que da á beber á su amigo, y mezcla allí su hiel, y le embriaga, para ver su desnudez! Abac. cap. ii, v. 15.

Embriaguez: *escita la cólera y produce disturbios.*—Lujuriosa cosa es el vino, y la embriaguez tumultuaria: cualquiera que se deleita en estas cosas, no será sabio. Prov. cap. xx, v. 1.

¿A quién el ay? ¿á qué padre el ay? ¿á quien las rencillas? ¿á quién los precipicios? ¿á quien los heridas sin causa? ¿á quién el enturbiarse los ojos? ¿Acaso no son para aquellos que se detienen largo tiempo en el vino, y ponen su placer en agotar copas? Prov. cap. xxiii, v. 29 y 30.

El vino bebido con esceso, ocasiona despecho é ira, y muchas ruinas. Eclo. cap. xxxi, v, 38.

La osadía de la embriaguez, tropiezo es del

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

minorans virtutem, et faciens vulnera. Eccli. xxxi, 40. Prov. xxxi, 4.

Dies regis nostri: cœperunt principes furere a vino: extendit manum suam cum illusoribus. Osæ. vii, 5.

TITULUS II.

ECCLESIA: *accipitur pro templo materiali.*—Non intrabit eunuchus, Ecclesiam Domini. Deut. xxiii, 1.

Omnesque anguli populorum, et cunctæ tribus Israel, in Ecclesiam populi Dei convenerunt, quadrigenta millia peditum pugnatorum. Judic. xx, 2.

Postea vero convocatus est omnis populus, et per totam noctem intra Ecclesiam oraverunt, petentes auxilium a Deo Israel. Judith, vi, 21.

In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. Psal. lxvii, 27.

Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo. i, Cor. xi, 18.

Videt gentes ingressas sanctuarium suum: de quibus præceperat, ne intrarent in Ecclesiam. Thren. i, 10.

Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. i, Cor, xiv, 34. Gen. iii, 16.

Ecclesiæ: *accipitur pro fidelium cœtu, tam bonorum, quam malorum.*—Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, et non est aqua lustrationis aspersus, etc. Num. xix, 20.

Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem? Et... dixerunt: Utinam perissemus inter fratres nostros coram Domino. Ibid. xx, iv.

Et noverit universa Ecclesia hæc, quia non

imprudente, disminuye la fuerza y ocasiona heridas. Eclo. cap. xxxi, v. 40. Prov. cap. xxxi, v. 4.

Son los dias de nuestro rey: empezaron los príncipes á enfurecerse con el vino: estendió su mano con los escarnecedores. Ose. cap. vii, v. 5.

TITULO II.

IGLESIA: *se toma por el templo material.*—El eunuco... no entrará en la iglesia del Señor. Deut. cap. xxiii, v. 1.

Y todos los ángulos de los pueblos, y todas las tribus de Israel acudieron á la junta del pueblo de Dios, cuatrocientos mil de á pie, hombres de armas. Juec. cap. xx, v. 2.

Y despues fué convocado todo el pueblo, y toda la noche hicieron oracion dentro de la iglesia (1), pidiendo socorro al Dios de Israel. Judit, cap. vi, v. 21.

Bendecid en las iglesias al Señor Dios, los de las fuentes de Israel. Salm. lxvii, v. 27.

Porque en primer lugar oigo, que cuando os congregais en la Iglesia, hay disensiones entre vosotros; y en parte lo creo. Pab. Ep. i, Cor. cap. xi, v. 18.

Vió (2) entrar en su santuario las gentes, acerca de las cuales habia mandado que no entrasen. Tren. cap. i, v. 10.

Las mujeres callen en las iglesias; porque no les es dado hablar, sino que estén sujetas, como tambien lo dice la ley. Pab. Ep. i, Cor. cap. xiv, v. 34. Gén. cap. iii, v. 16.

Iglesia: *reunion de fieles; justos y pecadores.*—Si alguno no fuere purificado con este rito, perecerá su alma de en medio de la Iglesia, por cuanto amancilló el santuario del Señor, y no ha sido rociado con el agua de la espiacion. Núm. cap. xix, v. 20.

¿Por qué habeis sacado la Iglesia del Señor (3) al desierto? Y dijeron: Ojalá hubiéramos perecido entre nuestros hermanos delante del Señor. Núm. cap. xx, v. 4.

Y reconozca toda esta congregacion, que

(1) Del templo de Salomon.
(2) El Señor.
(3) El Tabernáculo, donde estaba el Arca de la Alianza.

in gladio, nec in hasta salvat Dominus: ipsius enim est bellum, et tradet vos in manus nostras. i, Reg. xvii, 47.

Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiæ Israel: omnis enim Ecclesia Israel stabat, etc. iii, Reg. viii, 14.

Stetit ergo et benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna. Ibid. viii, 55.

Locutusque est David rex ad omnem Ecclesiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum et tenellum. i, Paral. xxix, 1.

Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel, filius Uri, filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod et requisivit Salomon, et omnis Ecclesia. ii, Paral. i, 5.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. Psal. xxi, 26.

Pes meus stetit in directo: in Ecclesiis benedicam te Domine. Ibid. xxv, 12.

Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo gravi laudabo te. Ibid. xxxiv, 18. i, Mach. v, 16; et xiv, 19.

Exaltent eum in Ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Ibid. cvi, 32.

Cantate Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia Sanctorum. Ibid. cxlix, 1.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Matth. xvi, 18.

Et factus est timor magnus in universa Ecclesia, et in omnes, qui audierunt hæc. Actor. v, 11; viii, 1; xvi, 5.

el Señor salva, no con espada, ni con lanza, porque es el árbitro de la guerra, y os pondrá en nuestras manos. Re. lib. i, cap. xvii, v. 47.

Y volvió el rey su rostro, y bendijo á toda la congregacion de Israel: porque toda la congregacion de Israel estaba allí, etc. Re. lib. iii, cap. viii, v. 14.

Púsose, pues, en pié (1), y bendijo á toda la congregacion de Israel. Re. lib. iii, cap. viii, v. 55.

Y dijo el rey David á toda la congregacion: Dios ha escogido solo á mi hijo Salomon, que es aun mozo y tierno. Para. lib. i, cap. xxix, v. 1.

Asimismo el altar de bronce, que habia hecho Besebel, hijo de Uri, hijo de Hur, estaba allí delante del Tabernáculo del Señor: y Salomon con toda la congregacion fué allí á buscarlo. Para. lib. ii, cap. i, v. 5.

Delante de tí mi alabanza en la iglesia grande: yo cumpliré mis votos en presencia de los que le temen. Salm. xxi, v. 26.

Mi pié ha estado en lo derecho: en las iglesias te bendeciré, oh Señor. Salm. xxv, v. 12.

Te glorificaré en la iglesia grande, en medio del espeso pueblo te alabaré. Salm. xxxiv, v. 18. Mac. lib. i, cap. v, v. 16; cap. xiv, v. 19.

Ensálcenlo en la congregacion del pueblo, y alábenlo en el consistorio de los ancianos. Salm. cvi, v. 32.

Cantad al Señor cancion nueva: su alabanza en la iglesia de los santos. Salm. cxlix, v. 1.

Y yo te digo, que tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia, y las puertas del infierno no prevalecerán contra ella. Mat. cap. xvi, v. 18.

Y sobrevino un gran temor en toda la Iglesia, y en todos los que oyeron estas cosas (2). Ap. cap. v, v. 11; cap. viii, v. 1; cap. xvi, v. 5.

(1) Salomon.
(2) La muerte repentina de Ananías y Safira á la voz de San Pedro, en castigo de su mentira. El Señor, dice San Isidoro, hizo este terrible escarmiento con el fin de inspirar á todos los primitivos fieles grande horror al pecado.